



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Gregorius Turon. Episc. 17. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. GREGORIUS TURON. EPISC.  
17. Novembris.

I<sup>l</sup>le est GREGORIUS, cui nomen  
insula Turonensis fecit. Parentes illi  
è primâ nobilitate, nutrices a teneris  
annis Musæ fuerunt, quibus vicem ille  
tam postea rependit, ut nesciam plūsne  
ille Musæ, an Musæ illi debeant. Puer  
vitam, quam à patre acceperat, bis ei-  
dem reddidit, nec sine miraculo, cùm  
medicinam morituro nunc nome I E S U  
ligno inscriptum, nunc alter Tobias  
piles exta adhibuit. Ipse quoties ægrot-  
avit (& ægrotavit s̄epiuseulè) è cælo  
medicos, vel D. Eligium vel Martinum  
habuit, cuius vitam rectè in templorum  
parietibus, sed multò rectius in animo  
suo depinxit. Sub noctem Virginis sa-  
cram, ædem hujus frequentari ab Ange-  
lis cum multo lumine vidit, & portâ  
sponte suâ referatà ipse etiam admissus  
est. Tam charus cælo, castigatus scilicet  
ab hoc non semel est. Etenim somnum  
dormientis in natalitiâ Christi nocte  
Angelus alapâ discussit. Tam non pos-  
sunt ferre Superi Episcopum dormien-  
tem. Jam simul ac lapsus est in nescio  
quam gloriolæ vanæ cogitationem, e-  
quis etiam ipse lapsus sub GREGORIO re-  
prehendit GREGORIUM. Itaque impostu-  
rum miracula, quæ plurima patrabat,  
non

18. Na  
cium p  
præbu  
fus est  
vocare  
ne un  
ret ?  
penè  
pro E  
flagris  
vit. S  
clama  
inter  
etiam  
Super  
suppli  
put ab  
simu e  
damn  
solvit.  
tiam  
sunt, c  
tercep  
sucel  
Qu  
semper  
digna  
ram g  
sæcula  
det b  
S. Be

720 VITÆ SANCTORUM. 18. Nov.  
non sibi sed Divorum lipianis, quæ fe-  
rebat, adscripsit. Congresius Romæ cum  
Gregorio Pontif. cùm hic viri staturam  
(multum animo minor erat) tacite  
miraretur, non nescius arcanarum co-  
gitationum noster, *Dominus*, dixi:  
fecit nos; non ipsi nos. Itaque maximus  
deinceps GREGORIUM ipse etiam ma-  
gnus Gregorius fecit. Ex Surio.

Tres virtutes sunt, quæ pueris adoles-  
centibus magis congruunt, *Verecundia*,  
*Taciturnitas* & *Obedientia*. Non est au-  
tem dubium, si has studuerint habere,  
quin possint, Christo duce, ad culmen per-  
fectionemque virtutum ascendere. S. Ben-  
1. de Ord. vitæ.

SS. ROMANUS ET BARULA MM.  
18. Novembri.

P Arabat anno Servatoris ccx. Af-  
clepiades Procos. exscindere tem-  
plum Christianorum Antiochiae. Huic  
nimirum ROMANUS sese opposuit, &  
dictis suis animos sociis unicus addidit.  
Nunc demum pugnandum pro Aris cogita-  
rent. Hostem utique esse Asclepiadempa-  
triæ, qui huic DEUM ere tumiret. Pal-  
chrum fore, ut aras defendarent, cädere ad  
aras litaturos. In quamcumque demum par-  
tem aëta caderet pugna, viatores Christianos  
futuros. Caput igitur velut sedatio-  
nus ROMANUS, & ex equuleo suspenitus,

cam